

N. 5.

A. D. 1085.

(settembre, Indiz. VIII).

<i>Data di luogo</i>	Bari.
<i>Rogatorio</i>	Gaudius cler. et not.
<i>Descrizione</i>	Taglio rettang.: alt. 0,57, largh. 0,27. Rotta quasi completamente per tutto il l. s.
<i>Scrittura</i>	Corsiva con elementi minuscoli.
<i>Contenuto</i>	Vendita di una casetta in Bari fatta da <i>Nicolaus ducis ducorum Iudicis filius a Mele protomagistro qui et de Risa.</i>
<i>Bibliografia</i>	Inedita.

† In nomine sancte et individue trinitatis. Anno incarnationis domini nostri iesu christi millesimo octogesimo quinto. Regnante domino Robberto invictissimo duce Italie Calabrie atque Sicilie quarto[decimo men]se s[eptembri] octaba indictione. Ego Nicolaus ducis ducorum Iudicis filius [civita]tis Bari. Congrua mea voluntate presentia subscriptorum testium. Ve[ndo atque] trado tibi Mele protomagistro qui et de Risa ex hac civitate. Una ca- 5
[sella mea te]rranea a mediis pizzulis cum curticella ante se usque in trasito et

(2) Della stessa mano del testo.

que est in hac civitate coniuncta [cum] casa que fuit Melis Grassi predicta
 casella et eius pertinentie. cum tres partes de alia casa orreata tinentiis. Ante
 hos annos Petrus f. Iohannis magistri anteposuit Stephano [vigin]ti octo
 10 scefatos et labore eorum ut brebe deviti et antepositionis continet, quod
 cum scriptum donationis traditionis et concessionis. quod Remedie monaca que
 Petri fecit Athanasius et Iohannes et Petrus germanis meis. de quartulis iamdicte casis. et
 meffio et solidi debiti quos pertinuit ipsius Remedie. Et est tota predicta casella que tibi
 nominato Mele vendidi et tradidi cum ipsa curticella ante se ut predixi per hos fines. Prima
 15 est stricta communi infra predicta casella et casa nostra diruta. in qua iamdicta stricta ce-
 cidet gutta ex ipsa casella et casa nostra. Secunda parte a medio pizzulo est predicta casa
 Melis grassi, et in antea fine ista est curte ante casa ipsius Melis et casa tua usque in
 predicto trasito communi. in qua ipsa curte est aquaria vestra et puteo vestro. Tertia parte
 est prephato trasito et exito communi. Quarta parte est curte Stephani qui et sclavi Melis
 20 de Caloiohanne et int. ista a medio pizzulo est casalino eiusdem Stephani. Infra
 hos namque fines tibi supradicto Mele tota iamdicta casella terranea cum
 ips. ci una cum superiore et superiore sue cum parietibus ostie lign.
 tis suis et cum omni labore et edificio et pertinentiis suis et cu. s
 venditionis recepi a te prenominato Mele solidos decem vero pretio quod
 25 aput me dico habere. Et ex predicta venditione nullus heres et parentes
 meos nec ad ullum hominem exinde vel requirendi. Set sicut superius
 legitur trasactibe amodo omni tempore tu et tuos heredes venditionem
 ipsam levare minuare per nullam rationem. Set ego et mei heredes de-
 fen. venditionem ab omnibus parentibus nostris et ab omni devi
 30 nus ut securi venditionem ipsam habeatis ex omni are
 remeliorata paruerit omnia sub esti[matione pretii] modo dedi et re-
 misi aput te sanum et salvum traditione et concessione. Ut tu
 et tui heredes omni sione. Et per om. s quando nobis
 opus fuerit adiam et mediatorem mittendum
 35 aput vis et lice tis aperire ostia
 a parte ex mmuni. similiter
 us et supra in communi. Et bona mea voluntate
 tibi prephato Mele dedi et mediatores posui me ipsum et Petrum
 civitate. Ut ego et mei heredes stemus omni tempore in ista
 40 supradicta tuisque heredibus ab omnibus ut predixi. Et
 omnia vobis faciamus et adimpl. per ordinem
 est enarratum. Quod si taliter facere et adimplere noluerimus. Et exinde
 miserimus, demus demus (*sic*) vobis penam quinquaginta aureos solidos s

et ea que preleguntur inviti adimpleamus. Per districtos nos qs. qui tibi
predicto Mele tuisque heredibus tribuimus licentiam pignerare nos et nostros heredes sibe 45
omnes, sibe [unum ex nobis qualem] volueritis et inbeneritis et apte paruerit per omnes
causas nostras et pignera legitima et inlegitima quodcumque nobis ubicumque inveneritis
donec faciamus et compleamus vobis omnia ex ipsa venditione ut supra dictum et scriptum
est. Et hanc cartulam scripsit Gaudius clericus et notarius qui interfuit cum istis subscri-
ptis testibus. 50

† Ego Iohannes

† Ego Stephanus testis sum.